1489 · 26. Maij

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio · 23 (107)

In nomine domini Anno a Nativitate eiusdem Millesimoquadringentesimooctuagesimonono
Indictione Septima die Sabbati sextodecimo mensis maddii. Petrus de Bugerio filius quondam Jacobi
dicti minale habitator in loco de Laurocha de Leuco, suo nomine proprio, et item nomine et
vice seu nominibus et vicibus Ambrosini de bugerio eius fratris ex eodem patre, et heredum
quondam Bertolomei de Bugerio olim similiter fratris ipsius petri ex ipsomet patre, omnium absentium
a territorio Leuci et a ducatu mediolani, prout ipse petrus dixit et protestatus fuit et
dicit et protestatur, et pro eis pro quibus ipse petrus, promisit et promittit cum solempni
stipulatione et sub obligatione sui et bonorum suorum pignori presentium et futurorum mihi notario
infrascripto persone publice stipulanti et recipienti nomine et vice et ad utilitatem cuiuslibet persone cuius
interest vel interesse posset et poterit quolibet in futurum, de ratho habendo et rathi habitione
infrascripta omnia et singula, Et de faciendo et curando cum effectu quod prefati Ambrosinus
et heredes quondam Bertolomei de bugerio. et quilibet eorum Ratificabunt et confirmabunt, et rathum
gratum et firmum et rata grata et firma habebunt et tenebunt. presens instrumentum procure et contenta
in eo Et nullo tempore contravenient dicent facient neque opponent aliqua ratione vel occasione
de Jure nec de facto in Judicio nec extra sub reffectione et restitutione omnium expensarum
dampnorum et interesse litis et extra, Et domina Jacobina de lacrota relicta quondam tomaxij de
bugerio olim filii suprascripti Jacobi dicti minale habitans in ipso loco de laurocha administratrix et
administratorio nomine Johannis antonij Jacobini et Baptestini fratrum de bugerio minorum filiorum
ipsius domine et suprascripti tomaxij, et pro eis et quolibet eorum. pro quibus etiam ipsa domina
Jacobina promisit et promittit sub obligatione sui et bonorum suorum pignori presentium et futurorum
mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti ut supra, de ratho habendo et rathi habitione infrascripta omnia et omnia
Et de faciendo et curando cum effectu quod predicti filij ipsius domine omni tempore rathum gratum
et firmum et rata grata et firma habebunt et tenebunt presens instrumentum procure et contenta in
eo Et nullo tempore contravenient dicent facient neque opponent aliqua ratione vel occasione ut supra
sub reffectione omnium expensarum dampnorum et interesse litis et extra ut supra Fecerunt constituerunt
et ordinaverunt et faciunt constituunt et ordinant suos suis et dictis nominibus et dictorum
Ambrosini et heredum quondam Bertolomei, necnon filiorum quondam tomaxij omnium de bugerio et cuiuslibet
eorum, certos missos nuntios et procuratores, et quicquid melius dici et esse possunt, dominos vasen
Antonium dalsax sportium michaellem de gacchis Donatum de latture Franciscum boltrafium
Franciscum belabuta Johannem de galarate danielem de platis et stephanum de giochis, et
quemlibet eorum in solidum omnes absentes tanquam presentes. Ita quod occupantis non sit melior conditio, et quod
quicquid unus vel plures eorum inceperit alius et alij et quilibet eorum in solidum mediare prosequi
et finire possint et valeant, ad omnes et singulas ipsorum constituentium et utriusque eorum suis
et dictis nominibus, et predictorum omnium aliorum de bugerio suprascriptis nominatorum pro quibus promiserunt ut supra
et cuiuslibet eorum, causas lites questiones et differentias seu controversias tam civiles quam
criminales quas ipsi movent contra suis et dictis nominibus habent et habituri sunt cum quibuscumque et vel
quibuscumque persona et personis Comuni collegio capitulo consortio et universitate sub et coram quocumque
potestate Capitaneo vicario rectore Judice et auditore tam ecclesiastico quam seculari, et tam ad
agendum quam ad defendendum opponendum proponendum intendendum confitendum et negandum, Libellos
positiones petitiones exceptiones et capitula dandum et recipiendum, et exceptis respondendum,
terminos Collocandum lites contestandum, Testes instrumenta scripturas et iura producendum, et producta
Recipiendum, exemplis Accipiendum, opponendum et recipiendum, Judices notarios et loca eligendum et recusandum
suspectos et confidentes in suspectis dandum, et sententias tam interlocutorias quam diffinitivas
audiendum et ab eis et a quolibet alio precepto et gravamine appellandum et querelandum,
et appellationes actiones et querelas quascumque interponendum et prosequendum, et denuntiationes
protestationes et satisdationes quaslibet et cuiuslibet generis et maneriei pro eis faciendum,
et eorum bona in ipsa satisdatione obligandum, fideiussores dandum, et Juramenta quolibet in eorum
constituentium et utriusque eorum suis et dictis nominibus animas faciendum, et prestandum et alij et alijs
deferendum et refferendum, et tam de calumpnia quam de veritate dicendum et cuiuslibet alterius
generis, Et ad exhimendum et exhiberi et explicari faciendum ipsos constituentes et utriusque eorum suis
et dictis nominibus et predictos omnes alios de bugerio suprascriptis nominatos pro quibus promiserunt ut supra, et quemlibet
eorum de quolibet banno et condempnatione, Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum gerendum et
exercendum que merita et ordo causarum postulant et requirunt et in predictis omnibus et singulis et
circa predicta omnia et singula et quolibet predictorum utilia fuerint et necessaria et que ipsimet
constituentes suis et dictis nominibus facere possent si predictis presentes essent, Dantes et concedentes
prefati constituentes et utrique eorum suis et dictis nominibus predictis procuratoribus suis constitutis ut supra
et cuilibet eorum in solidum plenum liberum largum et generale ac speciale mandatum, cum plena libera
larga et generali ac speciali administratione omnium bonorum suorum faciendi gerendi exercendi exequendi
adimplendi et exequendi mandandum omnia et singula que in predictis et circa predicta et quolibet predictorum
et connexis et dependentibus incidentibus et emergentibus ab eisdem utilia fuerint et necessaria
Et que ipsimet constituentes suis et dictis nominibus facere possent si predictis omnibus
presentes essent etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale, Promittentes
atque promiserunt prefati constituentes suis et dictis nominibus. obligando sese et omnia sua suis
et dictis nominibus et dictorum aliorum de bugerio suprascriptis nominatorum et cuiuslibet eorum bona presentia
et futura pignori mihi notario infrascripto persone publice stipulanti et recipienti nomine et vice et ad utilitatem
cuiuslibet persone cuius interest vel interesse posset et poterit quolibet in futurum sese suis et
dictis nominibus omni tempore rathum gratum et firmum suis et dictis nominibus habere et tenere quicquid per
predictos procuratores suos suis et dictis nominibus constitutos ut supra, et per quemlibet eorum in solidum, actum dictum
factum gestum et procuratum fuerit in predictis omnibus et singulis et circa predicta omnia et singula
et quolibet predictorum et connexis et dependentibus incidentibus et emergentibus ab eisdem Et volentes
prefati constituentes et utrique eorum suis et dictis nominibus, predictos procuratores suos suis et dictis nominibus
constitutos ut supra, et quemlibet eorum in solidum ab omni satisdatione prestanda, et onere eiusdem relevare
relevavit et promisit suis et dictis nominibus, de Judicio sisti et Judicato solvendo
Et inde pro omnia et pro predictis omnibus procuratoribus suis constitutis ut supra suis et dictis nominibus extiterunt
fideiussores ipsimet constituentes. obligando sese et omnia sua bona ut supra pignori mihi iam dicto notario
dictis modo et nomine stipulanti et recipienti Renuntiando omni Juri et auxilio fideiussorie, et in omnibus
solempnibus et clausullis debitis et necessariis, Que omnia et singula fecit et facit ipsa
domina Jacobina in presentia consensu predicti consensu voluntate et licentia dominorum de Larota fratrum ipsius domine
ex eodem patre habitantis in loco de malnocco diocesis de laurocha de Leuco ibi presentis
volentis et consentientis et eius domine Jacobine ad predicta omnia et singula specialiter peragenda
prebuit consensum voluntatem et licentiam volentis et consentientis ac Jurantis et quod Juravit et Jurat
ad sancta dei evangelia manu corporaliter tactis scripturis in manibus mei notarij infrascripti quod ditate
credit predicta omnia et singula Esse et quod Juravit in et ad utilitatem ipsius domine Jacobine
et Juravit et Jurat in omnibus et per omnia et vobis ad formam presentis Juris requisitam et formam
statutorum Comunis mediolani et Leuci ac aliorum editorum et prout in eis continetur Actum sub portico
Comunis Leuci presentibus Maffeo et Georgio fratribus de mignoro filiis quondam eiusdem maze habitantibus in
ipso loco de laurocha notis et Georgio filio quondam dominum de pomo habitante in loco de quade de leuco
omnibus testibus ydoneis vocatis et rogatis

Ego Antonius de ayroldis filius quondam domini Nicolai habitans in loco de quade territorij
Leuci ducatus mediolani, notarius publicus suprascriptum rogatus tradidi scripsi et subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-185843310X-15

procura illoꝝ de bugello ad
causas

1489.
XXIX, 150

Gau: X. Gar: Z. n° 13

Morbio 23 (107)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-185843310X-15